

ANNO 1744

an ex concessione sibi facta a Sede Apostolica dispensandi super esu carniu, ovorum, & lacticianorum temporu jejunioru, & Quadragesimæ, dici possit, sibi etiam datam fuisse facultatem dispensandi nedum particulares personas, sed etiam multitudinem hominum, & omnes sui districtus incolæ, quando coram Deo id expedire iudicaret: habitoque responso; facultatem ei fuisse concessam dispensationem indulgenti particularibus hominibus, non autem multitudini hominum, & omnibus Incolis sui districtus, pro concessione exoravit. Pro causa expostulata veneficam piscium qualitatem, & exiguum piscatorum numerum, qui longe ab Insula piscantes, pisces deserebant aut retentes, aut corruptos ob nimios calores; paupertatem earum gentium, quæ oleum emere non poterant pro cibis Quadragesimalibus necessitatibus; deficientiam denique oleum, & leguminum, quæ in ea regione facile corrumpuntur, & a vermibus consumuntur. Re subinde mature discussa coram Nobis in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis die 17. Aprilis anno 1742. habita ratione regionis nimis remota, a qua prohibet anno impossibilis erat ad sedem Apostolicam recursus; indulgentes necessitati fidelium degentium in Insulis Ditionis Gallicæ in America, facultatem concessimus Præfatis Missionum illarum partium, ut in casu veræ, & ineluctabilis necessitatis, & tantum de anno in annum, præfataque vera necessitate durante, & non aliter nec alio modo, uti possent & valerent cum fidelibus Populis ipsorum regimini commissis dispensare super esu ovorum, & lacticianorum, & etiam carniu tempore Quadragesimali, indigam simpli cum huiusmodi dispensatione observantia jejunii per unicam comestione, onerataque prædictorum Præfectorum conscientia, si admissum iuxta præscriptum concessa facultate uti non fuissent.

§. 23. Sed jam ad experientiam deveniamus. Quindecim ab hinc annis per totam fere Europam morbus invaluit, qui pectoris inflammationem interbat, ita tamen, ut ex una Civitate in aliam, & ex una Provincia in aliam hæc funesta læs promanaret. Id contigit annis 1730. 1733. 1740. Licet autem morbos eiusmodi, qui universos hominum ordines, atque ætates corripiebant, lentam solum in pectore inflammationem excitaret, tamen senibus matura jam ætate debilitatis extremam afferebat perniciem; nam ex ipso febres acutissimæ, ac mortales sequebantur. Idem morbus in periculum trahebat juniores etiam, qui paululum infirmo pectore laborarent. Postremo multorum pectora adeo labefactavit, ut gravissima deinde mala provenirent. Alios quoque morbos hujus generis, pectoris inflammationem magno cum periculo afferentes, ægros in discrimen vitæ adduxisse, Medici Scriptores luculenter testantur.

§. 24. Itaque si Medicinæ Professores acciti, monitione graviter, ut nihil a veritate alienum respondeant, unanimiti consensu fateantur (ut nobis ipsis accidit, cum adhuc Bononiæ versaremur) morbum esse talis naturæ, qualem superius commemoravimus, ipsam nulla ætas libera, & incolumis esse queat; & affirmant, illis ipsis, qui inter Cives salvi & integri numerantur, eandem perniciem impingere; id præterea conferre plurimum ad ejusmodi litem depellendam, aut evitandam, si tum ægrotantes, tum sani a piscibus, & oleo, & quandoque pariter a lacte, & ovis abstineant, si inquam, res ita se habeat, tum procul dubio causa sufficiens iudicanda est, quæ experientia innititur, & quæ semper probata, & in posterum probanda videtur, ut nempe Populus, seu Civitas integra a carniibus abstinenti præcepto non teneatur.

§. 25. Neque ulla difficultas promovere vos debet a consulendis Medicis, qui præstantiores habeantur. Cavendum pariter, ut quicquid revera tulerint, scripto testari non præmittant; quæ conditio si desit in posterum, nulla unquam facultas Civitati, aut Diocesi, carniibus aut lacticianis vescendi tempore Quadragesimæ tribuetur: quippe id necessarium omnino videtur. Accedit etiam, quod Medici facilitate quadam incredibili peculiare quidem Cives a Quadragesimæ præcepto liberos, & immunes decernere soleant; (de qua re gravissime monendi a vobis sunt, ne suas animas indulgendo nimis aggravent): Cum vero pro universis Civibus idem statuendum proponitur, tum se difficultes, anxios, ac sollicitos præstare, Nos ipsi experti sumus. Postremo si velint percurrere ea, quæ in Ita-

II. Causa Mortus epi demicus;

Medici an dicitur super qualitate morbi;

Forum attestaciones exhibenda;

lia, & extra ipsam præclarissimi Auctores Medici Typis evulgant, facile deprehendunt, abstinentiam, ciborumque parimoniam ab illis magnopere commendari; discrimen inter morbos constitui, & certis rationibus ostendi, in curandis quibusdam morbis nequaquam requiri, ut jusculum, & carnes loco piscium, olei, & herbarum substituantur; in aliis vero juyare plurimum, si sublati carniibus, cum indicitur jejuniu, oleo, vel lacte ægrotantes utantur: Demum advertent, quem diligenter, ac præcipue scribant de pectoris incommodis, cum in omnibus generatim excitantur, ne corripiantur eodem morbo, qui adhuc incolames a communi lue superant.

§. 26. Hæc vobis indicanda putavimus. Reliquum est, ut Vos hortemur, ne tam facile suscipiatis negotium petendæ facultatis utendi carniibus, & lacticianis tempore Quadragesimæ pro universa Civitate, vel Diocesi. Quippe abruptenda tandem est consuetudo, ob quam jam per tot annos in quibusdam locis hæc facultates tribui consueverunt. Illud etiam experientia a vobis compertum erit, delicatis quoque, ac molliibus abstinentiam Quadragesimæ nullam inferre perniciem; neque plures ob hæc causam inter ægros, vel mortuos recenseri.

§. 27. Hanc rationem, & institutum Nos ipsi secuti sumus Romæ, ac Bononiæ (cujus Sedem adhuc retinemus,) cum nuper Quadragesimæ tempus ageretur. Si vos id quoque præstabitis, neque facultas a Nobis pro universa Civitate, vel Diocesi, facultatem solvendi Quadragesimæ abstinentiam postulatibus, vel (si necessarium id arbitremini) non aliter, quam sersvatis præmissis conditionibus Dispensationis instantia ad Nos deferretur, non solum id fructus provenient, quos jam indicavimus; sed etiam repulsæ pudorem evitabitis, Nosque pariter ea molestia vindicabitis, quam sersvatis, dum votis vestris minime obsecundamus. Postremo vos omnes peramanter amplectimur, & Apostolicam Benedictionem vobis Populique vestris impertimur.

Datum ex Arce Castrî Gandulphi die 10. Junii 1745. Pontificatus Nostri Anno V.

PONT. A. V. Quis obferendam pro indulg. Ma carniu, & ovorum.

Episcopi ne facile pene Dispensationes generales.

Præmissis non sersvatis, Dispensatio derogabitur.

Dat. die 10. Jun. 1745.

ELECTIO

CXXXI.

Joannis Van-Stiphout in Episcopum Harlemensem nulla & illicita declaratur; cum censuris, & inhibitione, ne Consecrationem suscipere præsumat.

Dilectis Filijs Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus,

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filij, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

HIERONYMO de Boch e vivis ad districtam rationem de illegitima probataque sua in Pseudo-Episcopum Harlemensem cooptatione a Pseudo-Archiepiscopo Ultrajectensi Petro Joanne Meyndarts funestissimis Schismatis istic Patrono dudum facta, deque sua illicita, nefaria, sacrilega, & contra suprema Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis mandata, ac Sacrorum Canonum sanctiones, fucatis ceremoniis accepta consecratione, reddendam, die xi. Mensis Decembris anni proxime elapsi evocato a Pastorum Principe æternoque Judice Jesu Christo, cujus vices in terris Nos plane immerentes agerimus; sperandum quidem erat, fore nimirum, ut ipse Petrus Joannes sceleratissimus execrandæ perduellionis antesignanus, quem neque paterna Prædecessoris nostri felic. recor. Clementis PP. XII. ac Nostra monita, neque vibrata toties in ipsum omnium Ecclesiasticarum censurarum fulmina ad saniores mentem redegerant, tam infelicis ejusdem Hieronymi exitu percussus, & sceleribus suis emergens, ad meliorem frugem rediret, & fructus penitentia dignos faceret. Verum iniquitatis filius nec conscientia angoribus tactus, nec tot censurarum Ecclesiasticarum formidine deteritus, nec ad tantum symmystæ sui exitum perterere factus, sed veluti is, qui lætatur, cum male fecerit, & exultat in rebus pessimis, temerario ausu ac prætracta fronte non solum eidem Ecclesiæ Harlemensi primatum Generalem Vicarium, deinde Episcopum constituit

Schismaticorum perniciosa.

PONT. A. V.

ANNO 1745

uit & designavit die xv. Mensis Maji currentis anni quemdam Schismaticum Virum Joannem Van-Stiphout Amstelodami Pseudo-Pastorem; verum ad Nos etiam literas dedit, quibus Nos de temeritate sua, detestabilique Pseudo-Episcopi designatione certiores faciens, parati quoque criminis ac sceleris confirmationem a Nobis exoptat.

§. 1. Ad tantam audaciam pene concidimus, nec possumus satis aptis verbis explicare & debitis lacrymis deslere tam perversicem perditum hominem in malitia sua gloriantis, & sceleribus scelera adjucentis insaniam fuoremque. Esti autem per alias in simili forma Brevis literas tum laudati Clementis Prædecessoris, Tum Nostras, quarum tenores hinc præsentibus literis pro inserti haberi volumus, tam ipsius Petri Joannis electionem & consecrationem in Pseudo-Archiepiscopum Ultrajectensem; quam defuncti Hieronymi de Boch electionem, consecrationem, & jam dudum obsoleti Episcopatus Harlemensis erectionem irritam, inanem, illicitam, illegitimam, ac sacrilegam, & utrumque excommunicatum, anathematizatum, atque a Catholicæ Ecclesiæ communione segregatum, ac profus schismaticum vitandum, esse ac fore, & utrumque nullam vel minimam Jurisdictionem Episcopalem, aut pro Animarum regimine auctoritatem unquam habuisse & habere declaratum fuerit; ac propterea nulla pariter, irrita, & inanis facta Harlemensis Episcopatus erectio, ac dicti Joannis Van-Stiphout asserta in Pseudo-Episcopum Harlemensem designatio; tamen Prædecessorum nostrorum, ac potissimum ejusdem Clementis Prædecessoris, sacrum legum morem & exempla secuti, quemadmodum alias fecimus; tradita Nobis & Cælo potestate, electionem Joannis Van-Stiphout in Pseudo-Episcopum Harlemensem a Pseudo-Archiepiscopo Petro Joanne, & ab ejus factis Canonis factam, asseritque Episcopatus hujusmodi erectionem, nullam, inanem, nefariam, illegitimam ac sacrilegam declaramus, eamque rescindimus, delemus, abrogamus.

Non elect. damnatur, & annullat.

Inhibent electo quilibet jurisd. actionis adus.

Memor. Episcopalis consecrat. susceptio.

Admonitio & cohortatio ad Catholicos.

aperta blandiloquentia insidiosos, strenue pugnant, undique circumspiciunt, ac vestram animi fortitudinem invictamque constantiam eximie laudibus extollunt; non sine incredibili nostra lætitia ac solatio, qui tantam virtutem plurimifacimus; servatamque a vobis Catholicæ Ecclesiæ; Nobis, Romanæque Sedi fidem singulari amore prosequimur; cujus pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam cum uberrima cœlestium charismatum copia conjunctam, vobis, Dilecti Filij, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno lo Piscatorum die xxvi. Junii MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno V.

Cajetanus Amatus.

Public. eodem die, mensis & anni.

DAMNATIO.

CXXXII.

Et Prohibitio Libri, cujus titulus est: *Illustrissimum, ac Reverendissimum Archiepiscopi Ultrajectensis, & Episcopi Harlemensis Instrumentum Appellationis ad Concilium Generale futurum, a duobus Brevibus, & Sanctissimo alias expediti ad Catholicos in Fœderato Belgio.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Altissimo Divinæ providentiæ consilio imposita infirmitati Nostræ suprema Catholicæ Ecclesiæ procuratio, atque adeo commendata Nobis a Patrum Principe Jesu Christo, cujus vices plane imperantes gerimus, assidua pacendi universi Dominici Gregis cura, jure ac merito exigit ac requirit; ut ad eundem Gregem in unitate & integritate servatum custodiendumque semper advigilantes, inter gravissimas Apostolici ministerii Nostri partes eam præcipue reputemus, qua procul ejudicia emendatissime perditos homines, ne sub indulta Pastoris larva Oves Christi venenatis fraudolentium fallaciumque doctrinarum suarum pascuis pelliciant, ac decipiant, & ne eas a Christi ovili separantes, ad perditionis viam agant atque perducant.

Exordium a præcedentibus Libellis.

§. 1. Cum itaque nomine duorum assertorum Antifitum, quos re ipsa haud legitime, sed nulliter electos, ac sacrilege consecratos, & supremis Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis præceptis inobedientes & contumaces; alias Nos a Catholicæ Ecclesiæ communione separavimus & sejunximus, ac separatos & sejunctos esse declaravimus, & publice denunciavimus, in lucem prodierit quidam libellus anno MDCCXLIV. editus sine Typographi nomine, & sine loci indicatione, sed hoc dumtaxat titulo: *Illustrissimum, ac Reverendissimum Archiepiscopi Ultrajectensis, & Episcopi Harlemensis Instrumentum Appellationis ad Concilium Generale futurum, a duobus Brevibus, quæ præferunt nomen SS. D. N. Benedicti XIV. scriptis ad universos Catholicos in Fœderato Belgio &c.* Nos, licet titulus ipse præfatum libellum proscriptio dignum esse & fore, aliisque censurarum Ecclesiasticarum, quibus Romani Pontifices Prædecessores Nostri hujusmodi appellationes damnarunt proscripturuntque, notis, re ipsa obnoxium esse demonstrat, atque adeo haud necesse sit, ad illum damnandum ac reprobandum, animadvertere rationes atque momenta in eodem libello ad comprobandum dictum titulum adducta, utpote fallacia, schismatica, & seditiosa; nihilominus postquam accuratissimo tam Nostro, quam aliorum examini subjicimus, Apostolica demum censura perstringendum ac proscrībendum duximus.

§. 2. Auditis itaque plurium in Sacra Theologia insignium Magistrorum suffragiis, de plurimorum & imprimis, quoque Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ad hoc specialiter deputatorum sententia hibeatur, sub atque consilio, libellum præfatum uti continentem propositiones falsas, seditiosas, scandalosas, captiosas, ad schisma ac eversionem Hierarchiæ Ecclesiasticæ pellicientes, & Apostolicæ Sedis prædictæ auctoritatis injurias, & Ecclesiasticæ jurisdictionis evervas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, da-

ma-

solico. Quam quidem controversiam tum veteres tum recentiores Canonice tractarunt, in suis Commentariis ad Cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum; nec desuerunt inter Ecclesiasticarum rerum Scriptores, tam Italos, tum ex Regionibus ultra Montes positos, qui huiusmodi questionem accurate examinauerunt. Hac ipsa de re, flagitantibus Canonice Regularibus Lateranensibus, bonæ memoriæ Franciscus Maria Pitoni- us magni quondam nominis in Romana Curia Ad- uocatus, ac deinde Episcopus Imeritensis in Partibus Infidelium, & sanctæ memoriæ Benedicti Papæ XIII. Auditor, amplum composuit volumen, quod licet nun- quam Typis vulgatum; a Nobis tamen visum, atque perlectum est. Præterea dilectus Filius Casar Bene- uenti Abbas Generalis Canonice Regularium Late- ranensium, non multos ante annos, in lucem edidit Opus a se conscriptum, pro asserendo Canonice sui Or- dinis iure obtinendi præfatas Parochiales, absque In- dulto Apostolico; in quam etiam sententiam plures clarorum Jurisperitorum Consultationes editæ sunt, ac Typis impressæ in Bullario Canonice Regularium Sanctissimi Salvatoris. Denique innumeri propo- sitionum siue Theologi, siue Jurisconsulti, in suis Ope- ribus, questionem hanc instituerunt; quorum aliqui eo usque progressi sunt, ut prædictos Canonicos Regu- lares nedum ad obtinendas sæculares Ecclesias Para- chiales ad præsentationem Patronorum siue Ecclesiasti- corum, siue Laicorum, sed ad alias quascumque Para- chiales Ecclesias ad liberam Ordinariorum collationem spectantes, etiam per concursum, assequendas, & ad se- sistendum huiusmodi concursibus, absque Indulto Apo- stolico, habiles atque capaces asserere non dubitauerint. Tum a Parochialibus Ecclesiis gradum faciendo ad Ca- nonicatus Metropolitanarum, Cathedralium, & Colle- giatarum Ecclesiarum, horum quoque absque Apostoli- ca dispensatione adipiscendorum, capaces eos esse sus- tinuerunt. Et quod magis notatu dignum videtur, idem plane affirmarunt de Beneficiis simplicibus, & Pen- sionibus Ecclesiasticis; plura congregatis exempla huius- modi Canonice Regularium, qui, absque Romani Pontificis Indulto, tum ad regendas Parochiales Eccle- sias Sæculares, & ad obtinendum Canonicatus atque Præbendam in Ecclesiis Collegiatis, Cathedralibus, & Metropolitanis; tum etiam ab Beneficiis Ecclesiasticis simplicibus, nimirum ab Animarum Cura, vel resi- dendæ onere, administranda; & Clausuris exierunt.

§. 2. Sane quum in Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina- lium ad diversi generis negotia cognoscenda auctoritate Apostolica deputatorum, examinatum sæpe fuerit hu- iusmodi adertum jus Canonice Regularium; sæpe responsum est, eos, absque Apostolico Indulto, ad sæ- culares Parochias promoveri non posse. Ita respondit Congregatio Concilii de anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo, ejuſque responsum approbatum fuit a sanctæ memoriæ Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. Ita decrevit Congregatio Episcoporum & Regu- larium de anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, expensis prius rationibus fide deductis a Pro- curatore Generali Canonice Regularium Lateranen- sium; atque hoc pariter Decretum a piæ memoriæ Clemente Papa X. confirmatum, deindeque ad Cano- nicos quoque Regulares Sanctissimi Salvatoris exten- sum fuit. Cumque iidem Canonice Regulares Decretis prædictis minime acquiescerent; oblata occasione cuius- dam Causæ *Tiacentina* in Congregatione Concilii pro- positæ Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesi- mo tertio, in qua agebatur de quodam Canonice Regu- lari Lateranensi præfentato ad Parochialem Ecclesiam sæcularem, quamvis Apostolicum Indultum eidem con- cessum fuisset; additum tamen fuit in Rescripto, ipsis perentibus, ut omnia, quæ præcesserant super hac re Decreta unirentur, utque, auditis Procuratoribus Ge- neralibus, certa, & universalis Lex in hac materia con- stitueretur, itaque a sanctæ memoriæ Innocentio Papa XII. Prædecessore Nostro per Apostolicas Literas in for- ma Brevis fuit confirmatum.

§. 3. Hæc tamen Decretorum unio, & generalis Causæ discussio minime peracta fuit. Verum anno Domini millesimo septingentesimo decimo tertio Procurator Generalis Canonice Regularium Lateranensium postu- lavit a felicis recordationis Prædecessore pariter No- stro Clemente Papa VI. ut totius Causæ cognitio-

Resoluciones
Congregatio-
num, &
Sanctorum
Pontificum
Decreta.

Clemente XI.
Congregatio
et Concilii
Causæ di-
scussionem.

nem prædictæ Congregationis Concilii Tridentini In- terpretis examini & iudicio subiceret; ad hoc ut ea- dem Congregatio illam discuteret ac definiret, in *mare- pundo Juris communis, Concilii Tridentini, Professio- nis, & Instituti Canonice Regularium, præfati- ve ab omnibus Resolutionibus & Decretis Sacrorum Congregationum, iudicatis quorumcumque Tribunalium, Rescriptis, & Oraculis Summorum Pontificum, tam sa- vorabilibus, quam contrariis Ordinibus Canonice Regu- larium, a temporibus Gregorii XIII. usque in præfens emanatis; super quo Pontificum iuxta petita Rescri- ptum obrinuit.*

§. 4. Juvat credere, tunc existentem, alioſque deinceps prædictæ Congregationis pro tempore Secretarios, pro debita erga Pontificis mandatum observantia, di- ligenter curasse, ut Causam hanc in Congregatione pro- poneretur. Equidem cum Nos in minoribus constituti, eodem Secretarii munere fungemur, plurimum anno- rum cursu nihil intentatum reliquimus, ut & prædi- cta controversia ad examen revocaretur, & congrua tan- dem decisione tolleretur; sed minime licuit, novis tem- per impedimentis obiectis, negotium hoc ad optatum finem perducere. Verumtamen minime dubitabamus (quod etiam prædictis Secretariis, qui ante Nos fue- runt, persuasum fuisse censuimus), quin interim invio- late servaretur præfatum Decretum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo a Congregatione Epi- scoporum & Regularium editum, & a Clemente Pa- pa X. confirmatum; quam potissimum & ipsorum tem- poribus, & Nobis etiam huiusmodi Secretarii Officium obeuntibus, frequenter evenisset, ut ab Apostolica Da- taria, tam ad ipsam Concilii Tridentini, quam ad aliam Episcoporum & Regularium Congregationem, re- mitterentur petitiones Canonice Regularium, qui pro obtinenda aliqua Parochiali Ecclesia sæculari, ad quam a Patronis præfentati fuissent, vel pro assequen- do Canonice Ecclesiæ Cathedralis aut Collegiatis, ab aliquo Episcopo sibi collato, Apostolicum Indultum pos- tulabant. Unde consequens erat, ut opportunit adhi- bitis diligentibus pro Causæ propositione ad normam Rescripti Clementis Papæ XI. non admodum interesse videretur, si ipsi Canonice Regulares ejuſdem Causæ decisionem minime urgent.

§. 5. At vero quum a sanctæ memoriæ Benedicto Papa XIII. Anconitanam Episcopalem Ecclesiam regendam accepissemus, statim ac ad eandem, uti par erat, præfentes accessimus, sero didicimus Nostram hac de re opinionem Nos sefessisse. Siquidem in ea Civitate non- nullos Canonicos Regulares invenimus, qui post rela- tum Decretum anni millesimi sexcentesimo primi, nullo suffulti Apostolico Indulto, sed de licentia tantum suorum Prælatorum Regularium, ad Parochias sæcu- lares, vel ad Canonicatus in Cathedralibus Eccle- siis promoti, e Religiosis Clausuris migraverant. Quin etiam unum ex his invenimus, qui quum sæculares Benefi- cium, quod olim obtinuerat, resignasset; tamen extra Clausura similiter, in habitu Presbyteri sæcularis dege- bat. Atque huiusmodi conscientia securitati, pro Nostri muneris ratione, consulere non omisimus, im- plorata eidem dispensatione ab Officio Penitentiarie Apostolicæ, cui rem totam referentes, demonstravimus jam moraliter impossibile Oratori fore, claustralis vi- tæ institutum, & Religiosum habitum resumere; quum & octogenario major esset, & mala valetudine laboraret.

§. 6. Deinde paucis post annis a felicis recordatio- nis Clemente Papa XII. Prædecessore Nostro ab Epi- scopatu Anconitano ad Metropolitanam Cathedram Bononiæ Patriæ Nostræ translatis; idem omnino in hac etiam Civitate & Diocesi obtinere comperimus. Contigit autem, quendam Canonicum Regularem Lateranensem ad Ecclesiam Parochialem sæcularem de Jurepatronatus Laicorum a Patrono Laico nomi- nari; cumque Nos, ante huiusmodi nominationis ad- missionem, præter consensum Abbatis Generalis ip- sius Ordinis, Apostolicum insuper Indultum Nobis exhiberi postularemus, eaque de re apertissimum Cle- mentis Papæ X. Decretum anno millesimo sexcente- simo septuagesimo primo editum extare diceremus; mirati profecto sumus, quum Nobis responderi au- divimus receptam esse in toto Canonice Regularium Ordine sententiam, quod præfatum Clemen- tis X. Decretum omne robur amississet, & in suspensio-

Quæ variis
ex Causis di-
lata fuit.

Abusus a
Sanctissimo
Domino No-
stro reperti
in Diocesi
Anconitana.

Item in Bo-
nificis.

rema-

remaneret, ex quo Clemens XI. anno millesimo se- pingentesimo decimo tertio, ut supra dictum est, questionem illam de ratione obtinendam a Canoni- cis Regularibus Parochiarum sæcularium, an scilicet consensu eorum Abbatis Generalis, nullo intervenien- te Apostolico Indulto, ad hoc sufficiens esset, Congre- gationi Concilii examinandam traderat. Equidem Nos huiusmodi responſioni, quam agnovimus omni solidi- tate destitutam, minime acquievimus; neque porro Ca- nonicus ille Regularis ad regimen Parochialis Ecclesiæ, ad quam præfentatus fuerat, a Nobis admittimus, nisi prius Apostolicam dispensationem petisset, atque impetrasset. Verum ex hoc pleniore cognovimus, quam necessarium esset huic controversiæ aliquando finem imponere, ac certam atque universalem regulam sta- bilire super Canonice Regularium capacitate ad obtinendas Parochiales Ecclesias, Canonicatus, & aliæque Beneficia Ecclesiastica sæcularia, vel de licentia duntaxat eorumdem Superioris Regularis, vel nonnisi acceden- te Apostolicæ dispensationis auctoritate. Pro quo ta- men nihil a Nobis tunc temporis factum fuit; quum satis esse duxerimus, aliarum Diocesium curam pro- priis Pastoribus relinquentes, in commissa Nobis Ec- clesiæ procuracione vigilare.

§. 7. Jam vero, nullis Nostris meritis, in sublimi Apostolatus culmine constituti, Nostras esse partes re- putavimus, questionem hanc supra tandem decisio- nem terminare, & pro concessa Nobis auctoritate, de- clarare; an prædicti Canonice Regulares, tam Latera- nenses, quam Sanctissimi Salvatoris, de licentia tantum suorum Superiorum Generalium valeant Parochiales Ec- clesias sæculares, & in Ecclesiis Metropolitanis, Cat- hedralibus, aut Collegiatis, Canonicatus atque Pre- bendas, ac demum Beneficia Ecclesiastica simplicia ob- tinere, aut Pensiones Ecclesiasticas percipere; an ve- ro, præter huiusmodi Superiorum Regularium licentiam, Apostolicæ quoque auctoritatis requiratur accessio.

§. 8. Potro quam methodum piæ memoriæ Cle- mens XI. pro huius questionis enodatione præscriptæ- rat, eam laudatissimi Pontificis mente dignam sem- per exillimavimus; eidemque propterea inhærentes cupientesque rem ipsam, antequam illius examen al- teri committeremus, privati Nostris studiis penitus introspicere, tempus illud, quod mense Octobris pro- xime elapso a publicis audentiis vacuum habuimus, in Bibliotheca Nostra domesticis insistentes, quum plurimos illic existentes Libros, alioſque etiam vario- res & celebri Bibliotheca dilecti Filii Nostri Domini Tituli Sancti Bernardi ad Themas sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Passionis nuncupa- ti Brevium Nostrorum Secretarii, ad Nos allatos, avi- de evolvimus; sedulo inquirentes, quid Juris commu- ni, quid Concilii Tridentini sanctionibus, quid Pro- fessione ab ipsis Canonice Regularibus emissæ, ac de- mum quid eorumdem Instituto magis consentaneum es- set; ac super his omnibus prolixam Dissertationem, Canonice Juris principis, & Historicis notionibus in- nixam, non quidem Pontificæ auctoritatis jure, sed privati Doctoris diligentia, elucubravimus.

§. 9. Quamvis vero, ex præscripto relati Decreti Clementis Papæ XI. huiusque controversiæ examen in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum haberi debuisset; nihilominus satis esse duximus totam huiusmodi Causam ad Nos avoca- re, non quidem, ut ipsi per Nos, absque aliorum con- silio, eam definiremus, sed ut soleamur atque com- modior ipsius controversiæ discussio accuratissima ma- turitate perageretur, prout ex interius dicendis revera præfatum fuisse apparebit.

§. 10. Siquidem in consilium hac de re nobiscum assumptum Venerabilem Fratrem Nostrum Vicen- tium Episcopum Præfinitum Sanctæ Romanæ Ec- clesiæ Cardinalem Petra, necnon Dilectos Filios No- stros ejuſdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Cardinales, de Gentilibus, Cavalchinum, Tamburi- num, & Beozonium respective nuncupatos, omnes penultimo excepto, prædictæ Congregationi Concilii Tridentini adscriptos, tres vero etiam priori loco memoratos, olim, dum in minoribus agerent, ejuſ- dem Congregationis Secretarios, alterum autem a pluribus annis ipsius Præfatum. His adiunximus Di- Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. I.

Qui evin-
cent neces-
sariam deci-
sionem qua-
sitam.

Pontificæ de-
cisionem de-
dere inten-
dit.

Causam pri-
vatis studiis
expedit.

De super-
ca
Dissertatio-
nem scribit.

Controver-
siam ad se
avocat.

Cardinales
Prælatos,
Theologos,
& Canoni-
cos in consi-
lium adhibet.

leſum Filium Magistrum Josephum Alexandrum Fu- rietum sæpeditæ Congregationis Concilii Secreta- rium, necnon alios Prælatos præcipua Romanæ Curie munera obeuntis, nimirum Dilectos pariter Filios Ma- gistros Joannem Jacobum Millo Datum, Clementem Argenvillers Auditorem, & Xaverium Juslinianum Subdatarium Nostros; ex Regularibus autem Petrum Aleyſium de la Torre Abbatem Ordinis Sancti Benedi- cti, Congregationis Cassinensis in eadem Romana Cu- ria Procuratorem Generalem, & olim in sua Congre- gatione Sacrorum Canonum Professore; duosque Soci- etatis Jesu Præbiteros, Dominicum Turanum Offici- Penitentiarie Apostolicæ Consultorem Theologum & Agidium Mariam Giulii Sacrorum Canonum Professo- rem, eorumdemque in Collegio Germanico-Hungarico de Urbe Lectorem.

§. 11. His omnibus, & singulis præfatum Dissertatio- nem Nostram communicavimus, in qua aperte declara- vimus, Nos meram, ut præfertur, Doctoris privati per- sonam in ea gestisse, nec illis ademptam voluisse libera- tem in contrarium opinandi, si ita jus & ratio suaderent; datoque illis trium & amplius mensium spatium, ut totius rei examen ad normam Juris communis, Concilii Tridentini, Professionis, & Instituti Canonice Regularium utriusque prædictæ Congregationis exigerent; iussimus, ut singuli suum suffragium aperirent, ac li- teris consignatum Nobis exhiberi curarent.

§. 12. Neque vero opus esse judicavimus, ipsos præ- diditorum Canonice Regularium Ordines ad Causam dicendam excitare, ut si per se, si per alios, ea deducerent, quæ facere posse putarent per eorum affec- to jure obtinendi Beneficia sæcularia absque Apostolico Indulto; tum quia rationum, quæ in utramque par- tem afferri solent, referre sunt, ut initio dicebamus, Theologorum, Canonistarum, aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum Volumina; tum quia post ipsam Cle- mentis XI. Rescriptum, ut pariter supra adnotavimus, & Franciscus Maria Pitonius, prolixam Dissertationem, in qua Canonice Regularium defensionem suscepit, & istorum Abbas Generalis Casar Benvenuti, in suo Opere in publicam lucem emissio, quæcumque ad Cau- sam facere poterant, iuxta singula Capita in præfato Clementis XI. Decreto indicata, & a Nobis in prædi- cta Dissertatione Nostra, ut præfertur, ordinate ac sin- gillatim expensa, latissime sunt persequuti; Tum de- mum quia nolumus novum ipsi Canonice Regularium Ordinis imponere sumptuosum onus, postquam toties super eadem re Jurisconsultorum Curie Nostræ operam, & celamum adhibuerunt.

§. 13. Quum itaque prædicti omnes a Nobis requisi- ti, intra præfinitum tempus suffragium quique suum Nobis obtulissent; excepto præfato Vicentio Episcopo Cardinali, quoniam ipse in suis Commentariis ad Con- stitutiones Apostolicas, suam hac de re sententiam plu- ribus in locis aperuerat, & jam pridem Typis vulgave- rat; Nos istorum scripta attente perlecta diligentissi- me expendimus; eademque, una cum præfata Dissertatione Nostra, Dilecto Filio Magistro Nicolao Pontanello, Præfato Nostro Domestico, & Archivi Pontificii in Arce Sancti Angeli existentis Custodi, in eodem Archivo diligenter aservanda tradidimus; ut perpetuis futuris temporibus consistere valeat, quam caute & confi- derate in hac Causa definienda agere voluerimus.

§. 14. Et quoniam prædiditorum omnium concursus fuit sententia; (unus enim dissensus in duodenario Con- sultum numero, uniformitatem non tollit); idemque in eo convenerunt, quod neque Canonice Regulares La- teranenses, neque Canonice Regulares Sanctissimi Sal- vatoris, Beneficium quolibet Ecclesiasticum sæculare obtinere, aut quamlibet Pensionem Ecclesiasticam per- cipere valeant; absque auctoritate Apostolicæ Sedis; Nos eorumdem consilium & sententiam sequentes, at- que etiam motu proprio, & certa scientia, atque Apo- stolica auctoritate, hæc Nostra in perpetuum valitura Constitutio statuimus, decernimus, & declaramus, ejuſdem Canonice Regulares, absque Indulto Apostolico, ejuſdem Canonice Regulares, absque Indulto Apostolico, quæque personalem residentiam non requirunt, & cuiuscum- que Pensionis Ecclesiasticæ, vere incapaces esse, & cen- seri debere; eidemque nec Jus commune, nec Tri- den-

Formam
libera suffra-
gie exquisit.

Canonice
Regularium
Institu-
tionem
insuper.

Præmissos
quia exten-
duntur.

Pontificæ de
consilio &c.
& motu pro-
prio &c. de-
clarat. Ca-
nonice Re-
gulares in-
capaces cu-
juslibet Be-
nificii sæ-
cularis, aut
pensionis Ec-
clesiasticæ.

dentia Synodi Decretis; neque Professionem ab ipsis emitti solitam; aut eorum peculiare Institutum, neque demum ullam contrariam consuetudinem, usum, possessionem, seu quavis aliamque omnino titulum, pro hujusmodi presentia capacitate ubi tenus suffragari.

§. 15. Proindeque non amplius permittendum, aut ullo modo forendum esse, ut aliquis ex ipsis, sola interveniente ejusdem Superioris, sive Abbatis Generalis licentia, consensu, aut presentia auctoritate, ad animarum curam in Ecclesiis Sacularium assumendam, & exercendam, vel ad Canonicatus, sive Præbendas, Dignitates, vel alia quomodocumque nuncupata Officia, aut Beneficia residentialia in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis obtinenda, & Religiosis Claustris exeat, discedat, & extra ea moretur; sed necessarium omnino, semper, & quomodocumque esse & fore specialis Apostolicæ Sedis Indultum, tam ut idem Canonici Regulares hujusmodi Ecclesiasticorum Beneficiorum Sacularium, sive cum animarum cura, sive cum residentiali onere adnexo, capaces fiant, & existant; quam ut ea assequenda, regenda, & retinenda, & Claustris discedere, & extra ea degere licite possint, similiter omnium & quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum simplicium nuncupatorum, aut Ecclesiasticorum Pensionum quarumlibet eisdem incapaces esse declaramus, & ad ea assequenda ex se inhabiles haberi debere declaramus.

Item Superioribus Regularibus, quæ ratione honestam imperitiam debeat. Ordinarium sacrosanctum exequenda. His omnia iusticia, concessio, indulti iusticia Pontificis ad idem. Eadem referre ferenda in provisionibus ad Ordinarios per hinc inde. Canonici Regularis ad hunc. Ita ad hunc. Canonici Regularis ad hunc.

Prohibet eisdem egressum e Claustris alique in dolo Aggrolito, ratione Beneficiorum Curatorum, aut Residenciam.

Provisiones que Beneficiorum Ecclesiasticorum simplicium, aut Pensionum quarumlibet eisdem incapaces esse declaramus.

His tamen infra Apostolicam Sedem, sive in Claustris, sive extra ea, non debent sub prelo contra expensas.

Quibus tamen infra Apostolicam Sedem, sive in Claustris, sive extra ea, non debent sub prelo contra expensas.

Prohibet eisdem egressum e Claustris alique in dolo Aggrolito, ratione Beneficiorum Curatorum, aut Residenciam.

Provisiones que Beneficiorum Ecclesiasticorum simplicium, aut Pensionum quarumlibet eisdem incapaces esse declaramus.

tempore existentis iudicio rem totam deseret; a quo si illi indultum fuerit, ut hujusmodi Canonicum Regularem ad Concursum admittere valeat, tunc ab eodem Religioso Canonico requirere debet, an forte, accedente consensu ipsius Superiorum Regularium, hujusmodi Concursus se sistere velit. Quod ubi is factum se esse affirmaverit; idem Episcopus Superiores Regulares rogabit pro hujusmodi consensu, seu licentia; quam tamen ipsi Superiores nequaquam impertiri debebunt, nisi simul testati fuerint, & nullum proprio Ordini detrimentum exiturum, si religiosus vacantem Parochiam, aut Præbendam assequatur, & eundem, anteaquam vitæ ac doctrinæ merito, dignum esse, qui ad illam promovetur.

§. 22. Hisce omnibus in antecessum exacte servatis, licebit Canonicum Regularem ad Concursum admittere; Et nihilominus si eum præ ceteris probari contigerit, ipsa Parochia, seu Præbenda concessio a Romano Pontifice expendenda erit; transmissis ad Datarium pro tempore omnium præmissorum documentis; ut hic facta relatione Pontifici, opportuna pro expeditione mandata recipiat.

Ipsa Provincia a Summo Pontifice petentibus.

Quid in concisione Parochialis, aut Præbendæ Theologalis seu Penitentiarie, extra Concursum.

De resignationibus, Coadjutoriis, Collationibus, Pensionibus, Reservationibus, Penitentiarie, Pontificis iudicium sibi.

Obvenciones Parochialis, aut Canonice, intra Claustra degere nequeant.

Questiones super declaratione habitus Imperatoris a Summo Pontifice, & a Superioribus Regularibus.

Aboluerunt ab hujusmodi obligatione, additis paternis motuibus &c.

Provisi de Parochia, auge Canonicum Regulari non possent a Superioribus Regularibus ad Claustra revocari.

Is casibus tamen hic enunciatis, ad eadem recurre compelluntur.

Non vero in casu Coadjutorie, aut Jubilationis.

Præmissum declarationum, & decretorum sequens, & utilitas.

Parochiæ, aut Chori necessitatibus quoad poterunt, infervere, & qui Jubilationem obtinuerunt, valeant pro libito Chorum frequentare, atque etiam, non obstante hujusmodi Jubilatione, si Divinorum Officiorum ratio id exigat, possint ad servitium Ecclesiæ revocari.

§. 29. His porro declarationibus atque decretis, quæ prævia matura deliberatione, auditoque, ut præsertim, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum, aliorumque prudentum atque doctorum Virorum consilio, per has Nostras Literas fecimus atque Apostolica Auctoritate statimus, pluribus controversiis finem factumiri consilium; Eademque opera tam Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, quam ipsis, de quibus agitur, Ordinibus Regularibus, utiliter consultum esse existimus; Episcopis nempe, sive Ordinariis, quorum frequentius audivimus querelas, super nimia facilitate, qua hujusmodi Canonici Regulares ad Ecclesias Parochiales aut Canonici Saculares convolvant, sola muniti licentia ipsorum Superiorum Regularium; quos quidem suspicabantur in ea concedenda haud difficiles se præbere, ubi de turbulentiis hominibus, aut ipsi Religiosi inutilibus agerentur; Ipsi vero etiam Canonici Regulares Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris Ordinis quos peculiari semper benevolentia prosecuti sumus; ex quibus non paucos probitate ac doctrina insignes, suorumque respective Ordinum amantes, & olim, quum in minoribus ageremus, & postquam etiam Apostolicam hanc Sedem tenemus, aperte conquirentes audivimus, non raro evenire, ut deprecatorum studio & auctoritate, cui Superiores obsequere aut nolent aut non audent, illos ex Collegiis suis cogentur amittere, ex quorum permanentia majorem utilitatem atque splendorem consecutus erat ipsorum Ordo, a quo idem per multos annos hanc in spem educati & alii fuerant, ac religiosi virtutibus, optimisque disciplinis imbuiti.

Classula de perpetua Literarum Inoff.

§. 30. Quocirca easdem præsentis Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Canonici Regulares prædicti, aut quilibet alii etiam speciali nota & expressione digni, in præmissis interesse habentes, sed habere quomodolibet prætendentes, illis non consentiri, aut ad ea vocati & auditi non fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis noscæ, aut alio quolibet defecto notari, impugnari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiendis oris, aut quodcumque aliud juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse; sed easdem præsentis semper firmas, validas, & efficaces esse & fore, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari, Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, districte Sedis nuncios, & alios quoslibet quavis auctoritate & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum culibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, & si se quis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Protopop.

§. 31. Non obstantibus, quatenus opus sit, Innocentii III. Prædecessoris prædicti dispositione in prædicto Capitulo, quod *Dei timorem*, necnon de jure quæsitio non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac quibusvis Apostolicis, etiam in Universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, Ordinibus quoque Canonice Regularium, & utriusque eorum Congregationis prædictæ, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Ordinationibus Capitularibus, usibus, sicut etiam quantumvis inveteratis, & quacumque ultimi status existentia, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus vel extantibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis utriusque vel alterutri Congregationum prædictarum, earumque Monasteriis, Superioribus, & personis in genere, vel in specie quomodolibet forsan concessis,

confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores, formas, Causas, & occasiones præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, specialiter, expresse, ac plenissime & amplissime motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 32. Cæterum quia difficile foret, ipsas præsentis Nostras Literas ad signala loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum transcriptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fidei habeatur, tam in judicio, quam extra, quæ eisdem præsentibus haberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 33. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostræ Constitutionis, definitionis, declarationis, statutorum, decretorum, atque Ordinationum infringere, vel eidem ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quatuordecimo quinto, septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Card. Passioneus. J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 23. ejusdem Mensis, & Anni.

CONSECRATIO

Joannis Van Stiphout in Pseudo-Episcopum Harlemensem damnatur, ac suspensionis & excommunicationis sententia in ipsum edicitur.

Dilectis Filiis Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

TAM præclaram quidem de egregia virtute & constantia vestra rebus ipsis semper probata & Apostolicis etiam laudibus commendata, gerimus opinionem, ut plane persuasum habeamus, Vos nullis ad procul emandandam omnem execrandi schismatis luem, & ad Catholicam Fidem Orthodoxamque Religionem palam ubique profitentem tuendamque, Apostolicæ nostræ caritatis, sollicitudinis, exhortationisque novis stimulis indigere. Verum prodemandata infirmitati nostræ a Supremo Pastorum Principe æternoque Animarum nostrarum Judice Jesu Christo universalis Ecclesiæ suæ prosecutione obstricti, facere non possumus, quin Vos sæpe de sacrilega perditorum hominum temeritate & audacia etoecamus, atque insimuladmonemus, ut quacumque tenuissimam suspensionem per infidias veteratorum Schismatis patronorum cupiam vestrum de eorum reconciliata Nobiscum gratia & communione forsan injiciendam ab animis vestris penitus removeatis.

§. 1. Postquam enim per alias nostras in simili forma Brevis Literas die xxvi. Mensis Junii proxime elapsi currentis anni MDCCXLV. ad Vos datas, typis etiam impressas, & publici juris factas, Electionem Joannis Van-Stiphout Amstelodami Pseudo-Pastoris in Harlemensem, Hieronymo de Boe & vivis sublato, Pseudo Episcopum, a Petro Joanne Meindarts Pseudo-Archiepiscopo Ultrajectensi, & ab ejus

PONT. A. V.

De exemplorum auctoritate.

Sanctio penalis.

Dat. die 5. Julii 1745.

XXXXV.

Sollicitudo Pontificis ac Catholicæ congregationis schismatis attingat.

Elect. Pseudo-Episcopi nulla.

PONT. A. V.

Ejusdem Consecrat. & schismatis, atque.

Pontificatum respicit electionem, consecrationem, damn. Consecrat. suspendit.

Tam ab exercitio jurisdictionis, quam Ordinibus.

Ejus communitio videri datur.

Ordinat. illegitimas fecit delect.

Adhortat.

fictis Canonice factam, asserique Episcopatus Harlemensis erectionem nullam, inane, nesciam illegitimum ac sacrilegum declaravimus, rescidimus, delevimus & abrogavimus, nec ad ipsius Petri Joannis de sua detestabili Pseudo-Episcopi Harlemensis designatione, petitaque a Nobis patrati criminis confirmatione, scriptam Epistolam respondimus; binas nuper Nobis inscriptas & clanculum redditas accipimus Epistolas, alteram quidem ipsius Petri Joannis Meindarts die xxx. Mensis Julii, alteram vero ejusdem Joannis Van Stiphout die xxix. dicti Mensis Julii proxime præteriti hujus anni datas. Hic autem de sua inani designatione & sacrilega Consecratione præscribit; ille vero de nulla a Nobis data responsione primum conquiretur, deinde de eadem abs se facta Consecratione significat, tum causam obtendit, qua adductus ad tantum scelus paulo citius, dempto ternario Episcoporum numero, perficiendum devenit, diuturnum scilicet morbum, in quem incideret; ex quo liberatus, instantissimum plurimorum suorum Symnyllarum quæriionis satisfacere coactus fuit, ne Episcopalis successiois ordo istic jam dudum interruptus, & ab Apostolica hac S. Sede nunquam post primam interruptionem agnitus, imo semper explosus, in præsentia morte sua abrumperetur. Quam plurimum demum fucitque verbis uterque erga Apostolicam hanc S. Sedem Nosque ipsos observantiam obedientiamque protestans, incautus illudere virentis.

§. 2. Nos itaque Literas hujusmodi, quæ callida arte conscriptæ, præclaram quidem obsequii reverentiam specie præferunt re ipsa vero latentes suffulsi venenidos continent, posthabentes ac penitus rejicientes, pro debito nostræ servitutis supremæque potestatis officio, primum designationem electionemque ipsius Joannis Van-Stiphout in Pseudo-Episcopum Harlemensem, cum extincti Episcopatus electione, iterum inane ac nullam fuisse, esse, ac fore, tenore præsentium Literarum nostrarum Apostolicarum auctoritate decernimus & declaramus: quemadmodum, tenore & auctoritate paribus, Consecrationem dicti Joannis Van-Stiphout, minime assensibus ex præscripto Sacrorum Canonum duobus alii Episcopis, nullaque Apostolica dispensatione obtenta, e memorato Pseudo-Archiepiscopo Ultrajectino toties omnium Ecclesiasticarum censurarum fulminibus percussus, & ab omni exercitio Episcopalis Jurisdictionis & Ordinis suspensus, contra Supremam Apostolicam hujus S. Sedis mandata, factam fuisse, esse, ac fore illicitam, nesciam, sacrilegam, & execrandam, idem decernimus & declaramus; ac prinde ipsum temere nulloque jure Electum Joannem Van Stiphout omni Ecclesiastica & spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere; atque illicite consecratum, ac omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

§. 3. Mandamus propterea districteque interdicimus memorato Joanni Van-Stiphout, sub pena Excommunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitate prætextu, constituitur ac deputare. Simul etiam palam edicimus & declaramus, omnes & singulas prædictorum Officiorum deputaciones pro Animarum regimine quocumque nomine factas, aut fortasse faciendas, cum omnibus inde secutis, prorsus irritas esse, ac nullis roboris & momenti. Rursus eidem Joanni Van-Stiphout præcipimus & inhiemus, ne, sub simili Excommunicationis pena, audeat illicite Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, a quo suspensus est, exercere.

§. 4. Vobis autem, Dilecti Filii, graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Joannem Van-Stiphout pro vero Episcopo Harlemensi habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto, præsertim in Divinis, communicetis; aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum perperam & inaniter deputatis, Sacramenta aut Ordines accipiat. Noverit enim, qui Ordinis initiatus ab ipse fuerit, suspensionis se vinculo constitutum, atque irregularitatis obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit.

§. 5. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiæ fideique vestræ officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium asserri potest, quam ut intelligamus, Vos caute ambulantes, non vo-

cem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum edificare supra firmam petram. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam celestis prædium pignus, atque adversus potestates tenebrarum arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Pontificatus die 28. Augusti MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno VI.

D. Cardinalis Passioneus.

Public. eodem die, mensis & anni.

DECRETA QUEDAM

A cardinali Patriarcha Lisbonensi edita collaudantur & confirmantur.

Dilecto Filio Nostro Thome Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali de Almeida nuncupato

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectæ Fili noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SINGULAREM voluptatem sensimus ea perlegentes, quæ graviter ac sapienter a Te constituta sunt, ac die xxi. Martii Anno MDCCXLIII. evulgata, ut omnibus innotescerent: Cognovimus pariter aditissimum studium, quo tum Regulares, tum Sæculares, aliosque tuæ Pastoralis Curæ commendatos vehementer excitas, ut iidem mandatis diligenter obtemperarent.

§. 1. Primo loco præcipis, ut Vespertina Officia, quæ feria V. Majoris Hebdomadæ fieri consueverunt in Ecclesiis Sæcularium, ac Regularium, ad certam horam solum protrahantur; & ipsarum Fores ad mediam horam post occasum Solis occludantur; nec nane ante pateant, quam solius Ortus illucescat: Siquidem cognitum, perspectumque habebas ad honestos mores labefactandos causam præberi, cum magna frequentia Virorum, ac mulierum nocturno tempore in ea Templâ conveniret; quam sane veterem consuetudinem ideo Prædecessores tui nunquam improbarunt, quod in nocturni Fidelium conventus, tunc temporis pietatem, ac religionem solum præferebant.

§. 2. Secundo loco, ne spatio illius noctis Divina Eucharistia Cultu debito careret, sapienter indixisti Viris Ecclesiasticis, eorum Ministris, & fratribus Sodalitatum, quæ a Venerabili Eucharistia Sacramento nuncupatur, ut oculis Templi foribus, alternatim Christo Domino pie religiosèque obsequantur, qui sub panis specie continetur.

§. 3. Tertio loco, cum Passio Salvatoris nostri intempertivis horis a Concionatoribus celebrari solet, ideo pro tua singulari prudentia decernis, ut mane Feria VI. Majoris Hebdomadæ hi sermões habeantur, statim ad Evangelium, quod eo die canitur in solemnibus Officiis, absolutum fuerit; uti vero consuetudo obtinuit, ut nocte ejusdem Feriæ VI. verba faciant Concionatores, alia hora post meridiem ejus diei seligatur, ita tamen, ut Fores Ecclesiæ designatæ antea tempore obferri queant.

§. 4. Quarto loco, cum illi, qui Ecclesiis adhibentur peculiaria quosdam cibos secum deferunt, quibus deinde etiam in ipsis Ecclesiis uterentur, ita ut cultum Dei Templo contentaneum, & legem jejunii impudenter violarent; cum, inquam, hanc corruptelam sine magno animi tui merore pati ac dissimulare minime posses, opportuna remedia attulisti, gravissimis sententis, ac penis in eo promulgatis, qui cibos eiusmodi per illos dies venderent, vel ipsos manducare etiam in sacris Aedibus non dubitarent.

§. 5. Hæc potissimum ex Decretis tuis delibata ob eam causam commemoravimus, ut ipsa diligenter a cunctis vestris perfectè dignoscere; neque prætermittimus cetera, quæ in iidem Decretis habentur, nempe vehementem cohortationem, ut Ecclesiis cultus exhiberetur, ne Deus hac gravissima quidem injuria atque impudentia laesisset, ac iracundiam concitaret: Potestemque cum Decreta hujusmodi probari a Nobis magno-

Dat. die 28. Aug.

CXXXVII.

Colla uduatur Card. Passioneus. Decretis omnibus innotescerent: Cognovimus pariter aditissimum studium, quo tum Regulares, tum Sæculares, aliosque tuæ Pastoralis Curæ commendatos vehementer excitas, ut iidem mandatis diligenter obtemperarent.

Adorationem Ecclesiasticis, eorum Ministris, & fratribus Sodalitatum, quæ a Venerabili Eucharistia Sacramento nuncupatur, ut oculis Templi foribus, alternatim Christo Domino pie religiosèque obsequantur, qui sub panis specie continetur.

Conciones in sacris Aedibus.

Concessionibus ab Ecclesiis christianis.

Quæ subijciuntur.